

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Generalibus Principiis Amoris Et Morum - Prolegomena septem,  
Librosque undecim complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput XX. De Augustini doctrina non bene sentiunt, nec reverenter  
loquuntur, qui dicunt, ei ad litteram non insistendum, utpote quæ haud  
minùs obscura sit, nec varios diversosque sensus minùs ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73187](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73187)

tentis vero præmissis, nihil rationabilius dici potest, quam declarationem istam à SS. Pontificibus idè adjectam fuisse, ne quis Augustini doctrinam, vel probatorum ab Ecclesia Patrum, maximè præcipiorum Ecclesiæ Doctorum, per Bullam illam aliqua ex parte damnatam existimat; sed ut sapiens quisque concluderet, saltem eas aliquo pacto sustineri posse, qua præcipios Ecclesia Patres, sanctosque Doctores, habent fidei successores, maximè Augustinum, inter ipsos præcipuum.

## CAPUT XX.

*De Augustini doctrina non bene sentiunt, nec reverenter loquuntur, qui dicunt, ei ad litteram non infiſſendum, nup̄t̄ qua haud minus obscurā sit, nec varioſque ſenſuſ minuſ admittat, quam ipſamē Scripturā ſacra.*

178 **H**oc utique, cum Annato, plerique alii contendunt Molinistæ, ideoque Augustini doctrinam, quālibet perspicuis verbis exp̄ram, in ſenſuſ ſuos contra litteram obtorto collo trahunt. Sed perperā. Tum quia hæreticis per hoc exemplo ſunt, SS. Doctorum testimonia, quālibet perspicua, contra litteræ exp̄reſſionem, in ſenſuſ ſuos trahendi, eludendi, inefficaciaque atque inutiliſ reddendi, ad eruendam ex iis traditionem, veramque Scripturæ divinae intelligentiam. Tum quia Augustinus à SS. Pontificibus & Conciliis, vocatur clarissimum Ecclesiæ lumen, ſol Ecclesiæ, &c. cuius luminosâ claritate, eadem Concilia & Pontifices, uſi ſunt ad Scripturam exp̄onendam, diſpandaque obscuritatem ac teñebraſ, ex Pelagianæ hæreſeos reliquiſ Catholicorum quorundam Epifcoporum mentibus offulſas. Augustinique exp̄reſſiones adeò claras, adeò expressas, adeò exactas, proprias & decisivas Ecclesia cefſuit, ut clarioreſ, exp̄reſſiores, exactiores non invenerit ad concin- nandoſ pleoſque Canones ſuos.

179 Denique pro clara divinae Scripturæ intelligentia, ad Augustini, aliorumque SS. Doctorum exp̄oſitionem, contra hæreticorum errores ſemper recurrit, dumque duas inter partes circa Scripturæ intelligentiam controverſia fuit, verum ſenſuſ ipſius ex Sanctorum traditione petendum ſemper docuit, ſemperque recurrit ad ſenſum in Ecclesia primitiva receptum, in qua Scripturarum Apostolicarum vera intelligentia ab Apostolis vivâ voce tradita fuit diſcipulis ipſorum, & a diſcipulis ad eorum ſuccellentes, quaſi de manu in manum transmiſſa fuit; methodumque iſtam ſemper Concilia tenuerunt, Orthodoxi ſemper approbarunt, ſoli hæretici recuſarunt. Pernicioſe ergo dicitur, ſanctorum Doctorum exp̄oſitiones perinde obscuras eſſe, atque Scripturam ipſam quam exp̄oſuerunt; alijs inutiliſ fuſſerit exp̄oſitio ipſorum. Cūm obſcurum per aequum obſcurum non bene exponatur.

180 Et ideò licet Canonici Scriptores, ad exer-

cendas & elimandas quodammodo mētes legē- rium, & ad rumpenda fastidia, atque acuenda ſtudia diſcere volentium... utiliſ & ſalubri obſcuritate ſenſum Spirituſ Sancti obvolverint; ſic tamen illi locuti ſunt, ut poſteriores, qui eos recte intellegent, & exponerent, alteram gra- diam, diſparem quidem, verum amen ſubsequen- tem, in Dei Ecclesiæ reperirent. Non ergo expoſtores eorum ita loqui debent, ut tamquam ſe- ipſi exponendoſ ſimiſ autoritate preponant, ſed in omnibus sermonibus ſuis primituſ ac maximè ut intelligantur elaborent. Augustinus de doct. christ. l. 4. c. 8.

Sanctorum ergo Doctorum labor & stu- 181 dium ſemper in eo fuit, ut divinam Scriptu- ram clariſ atque evidenter exponerent. Cujus evidentiæ diligens appetitus aliquando negli- gerat verba cultiora, neque curat quid bene ſonet, ne verbum obſcurum ſit vel ambiguum. Ibidem c. 8.

Hanc igitur regulam a ſe tradicam haud du- 182 biè ſecutus eſt Augustinus, & ideò S. Pruden- tius, Trecentis Epicopus, contra Joannem Scotum, clarissima Augustini teſtimonia confitiſ a ſe gloſſis obſcurare atque eludere præten- dentein, ſic ſcribit de Prædestin. c. II. n. 2. *Quis non horreat hanc tue perverſitatis amen- tiam, ut Orthodoxos tractatores ſanctorum Pa- ginarum, quibus omnino ſtudiſ fuit, abſtrusa- aperire, claraſ reſerare, figurata explana- re, obſcura eluci- dare, dicat vel ea non intellexiſſe, vel invidiè ſuppreſſiſe?* Quomodo in ſuis litteris aequo explanationibus figurata locationis modo uerentur, qui ad hoc ipſum eadē expoſitiones ſuſcep- perunt, ut omnes figuratas locationes aperiſſe diſtinctiōnibus expedirent?

## CAPUT XXI.

*Ratio cur nonnullis Recenſoribus paradoxa vi- deantur propositio-nes quadam, in Auguſtino aliisque probatis Ecclesiæ Patribus ceriſſime.*

Audiendus hac de re Albertus Pighius L. 18; 6. Hierarch. Eccleſ. c. 4. "Paradoxa ut videantur pleraque, que ex Theologicis illis principiis "(Scripturæ & Patribus)." alioquin ſunt evidentissima, fecit ſacrarum Litterarum, & Ecclesiastica illius antiquitatis, Orthodoxorumque Patrum, qui jam diu regnavit, neglectus, & recepta pro illis profana quædam ex ſuo tradendi, definiendique temeritas, quā humanis potius ratiunculis, quā ſolidis germanisque Theologiae principiis, omnia expediuntur, ad viſa que rationis trutinam, non ad christianas inveniendæ Theologiae veritatis regulas omnia librantur. Unde cum ignis fatuus maleſuada rationis humanæ, fingens laborem in precepto, ipſi nimium innitentibus faciliè illudat; facilè fit, quod incauti ſequaces illius tenebras pro luce, & pro tenebris lucem accipiant, ipſiſque proinde inſolitum videatur & paradoxi, quod aliis, germanos Theologiae fontes consulentibus, ſectantibus, in iis appetet fundatissimum.